Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



15

ti infuturo satiabunt. simile quodam est
simbolo. quod homines in hac uita sibi fa
ciunt. ad quod diuersi. diuersas ciborum
species deferunt. Ad regnum quippe ce
lorum diuersi diuersorum meritorum insignia
cottidie transmittunt. que adiuncta
antiquorum meritis sanctorum. quasi unum et
ne satietatis simbolum efficiunt. ad
quod cum omnes predestinati ad uitam quandoque
peruenerint. singula singulorum merita. om
nibus erunt communia. quia per ardentissi
mam caritatem quicquid in se non habebit. inde
in altero gaudebit. Vel sic. Cibus noster cor
pus et sanguis christi est. quo dum satiantur fideles.
reliquie quodammodo fieri merentur ipsius. per
tinentes ad consortium et premium precedentium
sanctorum. Dixerunt ei socrus. Ubi hodie colle
gisti. et ubi fecisti opus. Hodie istud perdurat
ab initio usque in finem seculi. quod sepe in
scriptura pro presenti tempore ponitur. Con
letatur ergo et interrogat socrus. ecclesia uidelicet
illa beatarum animarum. cum christo iam regnan
tium ubi presens ecclesia donec dicitur hodie.
spicas collegerit. et ubi opus suum fecerit.
Ac si dicat. Ubi hodie collegisti auxilio
spe sancti. directione cordis. et ubi fecisti opus
per quod tales fructus protulisti. Sit benedic